

ultimum cogitat melius esse relinquere, quam in caeco & fronte percussis populo operam perdere, quod maxime de tribus causis actum esse dicunt, qui hujus rei ordinem, ipso nate, male conpererunt.

Prima & velut principatis causa, propter plures uxores unius viri.

Secunda propter delictanda conjugia Aericorum.

Tertia propter captivos, & mancipia Christianorum, quos mercator videns infelici auro emerat, emptorq; tot Episcopus redimere non potuit. In somnis apparuit ei quos Dominus seiscitans eum, & de lento sopore surgere jubens. Inquit ille. Quis es tu tam imperiosa auctoritatis, vel cujus rei gratia quietem frangere jubes? Respondit: Ego sum IESUS Christus qui venditus sum, & eue iterum vendor Judais, & tu adhuc stertis? ille expergefactus secum tacito corde pertractat, quidnam hac visio vellet. Admota, et solvenda quaestione socium, elegantem viram Villionem. Hic honore praepositura praerant ceteris. hanc vir sanctiss: conciliorum suorum participem fecit, cui cum suam visionem exponeret, respondit in propria verba & cogitationes ille mitissimus heros. Quando venditur Christiani Judais: hanc venditionem patitur IESUS Chri,

stus cujus nos sumus corpus & membra, à quo movemur & sumus.

15. Hac S. Episcopus à quâ lance perpendens, & ab imo cordis longa heppiria trahens amplius stare timuit; sicq; consilio doloris accepto venit Romam, & Apostolica sedis Pontificem, quid in tanto suo populiq; discrimine agendum foret, gemebundis quaestionibus inquirat. Commendatus inquirens, mihi grex, audire non vult, nec capit sermo meus in illis, in quorum pectoribus demoniaci servitutis imperia regnant, & ea regio est ubi pro iusto virtus corporis, pro lege voluptas dominatur? Ad hac Apostolicus, fili inquit: quia te sequi nolunt, fuge quod nocet, operâ pretium est enim, si cum alijs fructum facere